

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

15. Aqua salis armoniaci alia Trismosini

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

aliquando hac Methodo usum fuisse apparet ex sequenti Menstruo.

15. Aqua Salis Armoniaci alia Trismosini.
In Tinctura Gereton, pag. 98.
Aur. Vell. German.

R. **S**alis Armoniaci Crudi libras duas, dissolvatur in Vino (*Phil.*) Crisallifetur, Crisalli solvantur per deliquium, dissolutum divide in duas partes, quarum unam destilla in alteram forti satis igne, conjunctas partes rectifica in Aquam fortem Salis Armoniaci.

Sal Armoniacum itaque vel Phlegmate Vini Phil. (id est, Aqua ardente non rectificata) vel Vino ipso Phil. dissolutum, Crisallifatum, & per deliquium resolutum, per se vel novo addito Vini Spiritu destillatur in Aquam Salis Armoniaci.

Non ex Sale Armoniaco tantum, sed ex reliquis etiam Salibus volatilibus hoc conficitur Menstruorum genus. Ita,

16. Sulphur Gelativum Lullii,
In Exp. VIII.

R. **S**piritum prædictum animatum (*Urinæ*) de eo unam partem, & Aquæ Vitæ perfectè rectificatæ partes quatuor, quas statues super ipsum Spiritum animatum, ac protinùs occlude vas, ne respiret; quod vas sit boccia, quam concute tuis manibus agitando; sic in ictu oculi sive momento videbis totam Aquam in Salem esse conversam. Quod si in ipsa Aqua Vitæ (*Phil.*) esset pars aliqua Phlegmatis, protinùs ab ipso Sale separabitur in forma Aquæ, propterea Aqua Vitæ debet esse quàm optimè expurgata ab omni Phlegmate, ne, cum hoc opus fiat, quicquam Aquæ remaneat cum ipso Sale, sed totum convertatur, quod erit meliùs & utiliùs, atque hoc pacto habebis Salem Animalem & Vegetabilem, quem coagulativum vel gelati-